modum quod si prius Nobilem Albertum Zdrodowski maritum quam supradictam Nobilem Catherinam Brzeznicka Consortem Deo volente de hac luce decedere contigerit extunc praefata Consors bona omnia mobilia et immobilia morte mariti sui derelicta summasque quasvis pecuniarias ubivis existentes tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora utifruetur post mortem vero et decessum eius bona omnia in successores mariti sui devolvi debent et devolventur simili etiam modo si et inquantum prius Nobilem Catherinam Brzeznicka quam superius enarratum Nobilem Albertum Zdrodowski maritum mori contigerit extunc praefatus maritus bona omnia mobilia et immobilia morte consortis suae derelicta summasque quasvis pecuniarias tenebit habebit et possidebit illisque ad ultimam vitam suam utifruetur post mortem vero suam bona eadem omnia in successores praefatae consortis suae devolventur.

Brzeznicka — abrenunciat

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Catherina Brzeznicka filia Nobilis Nicolai Brzeznicki Consors vero Nobilis Alberti Zdrodowski cum eiusdem mariti sui personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam recognovit Quia sibi Nobilis Nicolaus Brzeznicki Parens suus charissimus pro omni et integra dote tam in paratis pecuniis quam paraphernalibus ac omni expeditione de bonis in villa Brzeznica consistentibus paternis et maternis ex integro satisfecit ideo respectu tali sufficienti satisfactione eundem Parentem suum et eius filios quietat et liberos facit bonisque omnibus paternis et maternis abrenunciat perpetuo.

Dziewczina Samsunowna — Reformatio

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Alberti Dzielski de Dzielski Grochy sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Dorotheae filiae olim Nobilis Joannis Samson Conthorali suae legitimae ratione veri dotis post eam accepti et in bona sua importati medietatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in villa Dzielski et alibi ubivis consistentium paternorum maternorum obligat inscribit nunc habitorum et in posterum habendorum summam veri dotalitii sexaginta florenorum polonicalium et alias summam addotalitii viginti florenorum polonicalium inscribit reformat et assecurat more Iuris dotalitii et reformationi hoc in Regno observari solito